

S. Nobilissime ac Strenue Vir, Dne & amice
 multum honorande; Quandoquidem presen-
 tem Civem & Naviclerum nostrum Britianum
 Bälcken, cum navis sua ad te ablegavimus, illi
 in mandatis dedimus, ut tibi imprimis officia
 nostra offerat, proq; summo nobis factenus ra-
 tione impertiti salis exhibito favore, gratias
 quam maximas agat, ac ulteriori benevolentia
 tua Nos nostramq; & republicam commendet,
 erixi porro rogamus, ut ipsi tantum salis,
 quantum Navis ipsius capere poterit, tradere
 velis, pretium conventum ~~quocumq;~~ loco ~~tibi~~ et
~~facturum~~ numerabitur, Id quod a te Nos im-
 petraturos sumus ob necessitudinem Comercio-
 rum, tum ob ipsam humanitatis rationem certo
 confidimus & speramus, tuamq; hanc gratifi-
 cationem maximi beneficii loco habebimus, & omni-
 bus officijs pro re nata compensare studebimus;
 hisce Nos omnes tutela & protectioni Divina
 commendantes. Dabuntur sub Civitatis nostra

In tempore ^{inobis} ~~confutatio~~
 inter nos & ministros
 tub. Artibaldo Mar.
 ferd. Septemate Sold.
 fioni destinato

Signeto die 17. Mensis Septembris Stylo
vet. Anno, 1634.


J. venerol.

addictiss.


Consules & Senatores
Civitatis Bremensis.

62

[Faint, illegible handwriting]



Nobilissimo ac Strenuo Viri,
Dno Georgio Brust, amico
nostro multum honorando,


Ultrasiam.